LJMgrB49 Latin inscriptions in Pannonia

Votive or dedicatory inscriptions

1.

341 tit. sacer

Ara ex lapide calcario, 115,5x44,5x36. In summo et a tergo plana. In fronte partis mediae anaglypha virgis cincta Pana stantem exprimit, in manu laeva pedum, in dextra ante umbilicum *syringa* tenentem. Vestigia pigmenti canescentia – olim colore quodam clauso fuit pincta. Titulus litterarum elegantium in cymatio incipit et in crepidine continuatur: 2,7 (vv. 1/2), 3 (v. 3), 2,7 és 3 (v. 4). Inter verba abbreviationesque puncta triangularia sursum directa. Óbudae, regione III Budapest, sub porta praefecturae praedii publici sub n. 3 foro Fő fuit inaedificata a. 1816. Portata in Museum Nationale Hungaricum a. 1859, inv.n. MNM 60.1858.7; im. phot. neg.: MNM R 1858, R 3652; MNM Harl 2006 (exempl. digit. 0065 = *LUPA* 9723). Hodie ibidem sub n. 158 Lapidari, ubi descripsi a. 2005.

Silvaṇọ Silvestro (!)
P(ublius) Ael(ius) Capito v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Imp(eratore) Aṋt(onino) Aug(usto) II et
Advento co(n)s(ulibus).

Im. phot. a HARL facta

Descripsit ÉRDY, edidit secundum notas eius HAEUFLER *Skizzen II. Andeutungen* 1854, 32 n. VII - vv. 1/2: PAN. SILVESTRO | EL, vv. 3/4: M. PAN. AVG. II. E. | DVE. NI. T. O. CO; MOMMSEN, III 3499 - v. 3: „numerus II abundat"; RÓMER – DESJARDINS, Inscriptiones *Acta Nova Mus. Nat.* 1, 1873, 28 n. 76 Tab. XI cum im. albertotypica n. 76; FRÖHLICH, Aquincumnak *Bud. Rég.* 4, 1892, 146 n. 67; NAGY M., *Lapidárium* 2007, 142/143 n. 158, cum imag. phot.

Anaglypha cum textu sententiae Isidori (Apollodorum citantis) orig. 8, 11 „*Pan dicunt Graeci, Latini Silvanum*" congruunt. Post nomen imperatoris nota II consulatum secundum imperatoris significans falso scripta est, ad a. 219

TITULI AQUINCENSES

perintet, ut iam MOMMSEN, loc. cit. monuit (Elagabalus se pro Macrino in tabulas consulum posterius inscribi iussit, post d. 8 m. Iun. a. 218, cf. Dio 79, 8, 1 sqq. et KIENAST, *Kaisertabelle* 1996 (= 2004[3]), 172. Nomen Adventi haud dubie annum 218 siginificat.

Tractaverunt, citaverunt: – NAGY T., Vallási *Budapest Története* I.2, 1942, 389 et 439 nota 28. Cf. ibid. Tab. 57 imag. phot. n. 1; ALFÖLDY, religiösen *Acta Arch. Hung.* 13, 1961, 113 nota 82; ALFÖLDY, vallási *Bud. Rég.* 20, 1963, 55 et 66 nota 82; DORCEY, *Silvanus* CSCT 20, 1992, 171 cum imag. phot. n. 5; M. Á. NAGY, Silvanus *LIMC* VII.2, 1994, 558 / 126; cf. et KLOTZ, Silvanus, *RE* V.1, 118-125, ad hist. relig. – MÓCSY, Pannonia *RE* Suppl. IX, 1962, 741, ad hist. prov. Pann. – BARKÓCZI, Population *Acta Arch. Hung.* 16, 1964, 345 n. 105.193, ad hist. socialem. – GALDI, *Grammatica* 2004, 204, ad linguisticam. – HAMPEL, oltárok *Arch. Ért.* s.n. 29, 1909, 39 n. 29, descriptio monumenti cum imag. phot.; NAGY T., Kőfaragás - sculpture *Bud. Rég.* 22, 1971, 146 et 156 nota 166; ERDÉLYI, *kőfaragás* 1974, 122/123 cum imag. phot. n. 172, ad hist. art. – SZIRMAI, *representations* in: *Cultus Deorum II*, ÓD 2, 2008, 240 n. 13 et 245 Fig. 14 imag. phot. (cum loco differenti: via Laktanya a. 1858), ad hist Aquinci. Cf. et LENGYEL – RADAN, eds. *The Archaeology*, 1980 Tab. n. 103.

Cognomen Kapito scriptum et in textu tituli arae a. 270 ascriptae et Iunoni Reginae sacratae 87 = III 10410. In regione Danubiana anaglypha simile Pana exprimens Sil(vano) Aug(usto) dedicatum ex Dalmatia, Salonis novimus, cf. SCHNEIDER, Ueber die bildlichen *AEM* 9.1, 1885, 40 cum imag. delin.

Dedicata est a. 218 m. Iun. post d. 8.

Á. Sz.



LJMgrB49 Latin inscriptions in Pannonia

2.

260 tit. sacer

Ara e lapide calcario, cum corona, media parte, crepidine, 120x64,5x51,5. In media corona laesa cum pulvinis nexis per fascias, rosulis ornatis. Ambo anguli cymati fracti sunt. Titulus incipit in cymatio, area tituli aspera magnitudine 44x50,5. Litteris eleganter incisis, in quibus vestigia rubricationis videntur: 5,5-6 (v. 1), 6,5 (v. 2-3), 6,5 (v. 4, litt. *G* 3,5), 6,2 (v. 5). Puncta triangularia sursum directa in omnibus versibus. Inter postremas litteras v. 1 litterae spatium vacat. Reperta una cum duobus ceteris inscriptionibus 258 et 57 = III 3415 et 3421 in oppido Óbuda (regione III Budapestini), dum fossa calci urendo paratur, vico Szentendrei domo n. 150, tunc Matthiae Lesch adversus aedes quae dicebantur stativa, in parte aquilonari canabarum a. 1855 mense Februario, cf. et *Vasárnapi Újság* 1855, 63. Translata in Museum Nationale Hungaricum a. 1855 die 28 Martii, inv.n. MNM 17.1855.2; im. phot. neg.: MNM C 622, R 3513, R 11641, Harl 2006 (0061 = *Lupa* 9623). Nunc ibidem in Lapidario sub n. 150, ubi descripsi a. 2005.

Deo Invicto

Mit(h)rae C(aius)
Iul(ius) Casti-
nus leg(atus) Âugg(ustorum)
pr(o) pr(aetore).

Im. phot. a Harl facta

Ediderunt: Seidl, Beiträge *Archiv für Kunde Österr. Geschichtsquellen* 15, 1856, 293 ut misere Haas, Paur et Egger; Haas, Notizen *Mittheilungen Kais. König. Centralkommission* 1, 1856, 64/65 sub n. 27; Paúr, Legújabb *Buda Pesti Szemle* 2, 1858, 278; Arneth, Analekten *Wiener Sitzungsberichte* 40, 1862, 343 cum imag. ligno expressa; Mommsen, III 3480; Rómer – Desjardins, *Inscriptiones* Acta Nova Mus. Nat. Hung. 1, 1873, 17 n. 42 Tab. VII cum imag. albertotypica n. 42 - v. 2: *Mithrae*; Kuzsinszky, castra *Arch. Ért.* s.n. 17, 1897, 402 n. 12; Nagy M., *Lapidárium* 2007, 138 n. 150 cum im. phot. Descripsit et I. Tóth, ms. ad vol. *RIU* 7, n. 219.

Tractaverunt, citaverunt: – Cumont, *monuments* II, 1896, n. 325; Brelich, vallásos in: *Laureae Aquincenses* I, Diss. Pann. 2.10, 1938, 138; Nagy T., Vallási *Budapest Története* I.2, 1942, 434 et 460 nota 542 - in dubio est, an cum ara 257 = III 3414 una pertinuerit; fortasse principio in praetorio stetit; ascribitur inter aa. 202-204; Vermaseren, *CIMRM* II, 1960, 234 n. 1774 - proponens pertinere ad idem sacellum ac 257 = III 3414; Alföldy, religiösen *Acta Arch. Hung.* 13, 1961, 111 nota 67; Alföldy, vallási *Bud. Rég.* 20, 1963, 53 et 65 nota 67, ascribens cca. a. 210; Clauss, *Cultores* HABES 10, 1992, 179, ad hist. religionum. – Nagy T., Macro *Bud. Rég.* 19, 1959, 29; Fitz, Septimius *Arch. Ért.* s.III. 85, 1958, 168; Mócsy, Pannonia *RE* Suppl. IX, 1962, 592; *PRKK* 1990, 57, ad hist. prov. Pann. – Ritterling, helytartói – Legati *Arch. Ért.* s.n. 41, 1927, 79 n. 25 a; Dobó, *Verwaltung* 1968, 80 n. 57,1; Fitz, *Verwaltung* 1992-1995, 545 n. 327,1; Haensch, *Capita* KF 7, 1997, 730 n. App. IV.II.18, ad hist. admin. provinc. – Fitz, Cassius *Arch. Ért.* s.III. 87, 1960, 131, ad prosopogr. – Nagy L., Topográfia *Budapest Története* I.2, 1942, 361 et 383 nota 21; Németh, Angaben *Aquincum Nostrum* II.3, 2005, 128, ad loc. rep. et topogr. Aquinci. – Hampel, oltárok *Arch. Ért.* s.n. 29, 1909, 49/50 n. 46 descriptio cum im. phot. (n. *CIL* male citans), ad hist. artium.

– 2 *MITRAE* pro *MITHRAE*.

Ad cursum statutoris cf. et *PIR*^{2} I 566: C. IVLIVS SEPTIMIVS CASTINVS et Fitz, *Verwaltung*, loc. cit.

Stetit olim in quodam Mithraeo Aquincensi, a Mithraeis I-V differenti.

Dedicata est inter aa. 208-212.

Á. Sz.

3.

288 tit. sacer

Basis e lapide calcario, cum crepidine scalata, quae duabus partibus inter se seiunctis continetur, (213)x234x(188). Ex eo basis ipsa (126)x132x114,5. Cymatium et summum defracta sunt, per latitudinem in partes scissa est, particulae minores effractae sunt. Basis ab omnibus lateribus articulata, in lateribus margo bis articulatus cum cymatio inverso. In latere sinistro urceus et culter, in latere dextro trulleum exprimitur. In fronte area tituli (58)x67. Titulus quinque versuum in medio ordinatus, litteris pulcherrimis monumentalibus incisus, partis maioris versus primi modo imum cernitur, sed agnosci potest: 10 (v. 1), 9,7 (v. 2), 9,3 (v. 3), 9 (v. 4), 9 (v. 5). Post abbreviationes hederae in vv. 2 et 5. Reperta a. 1816 in oppido Óbuda, in regione III Budapestini 'ad Danuvium' (MOMMSEN - „Vetero-Budae ad Danuvium"), i.e. probabiliter in ripa. Inde pervenit in Museum Nationale Hungaricum, inv.n. MNM RD 38; im. phot. neg.: MNM R 3509; MNM Harl 2006 (0111 [pars. ant.], 0112 = *LUPA* 9620). Hodie ibidem in Lapidario sub n. 36, ubi descripsi a. 2005.



Ṇẹpṭụṇọ
C(aius) Iulius
Geminus
Capel͡lia͡nus
leg(atus) Aug(usti) p͡r(o) p͡r(aetore).

Im. phot. a HARL facta

Edidit MILLER, inscriptionum *Acta Litt. Mus. Nat. Hung.* 1, 1818, 216/217 n. 1 inde ORELLI – HENZEN *ILS Ampl. Coll.* 5666 „inde Borghesi, annal 1855, 26; Labus, Ara antica scoperta in Hainburgo, Milano 1820, 31" (citati secundum Mommsen); MOMMSEN, III 3486: „Köppen misit Schneidero cf. 3419"; RÓMER – DESJARDINS, *Inscriptiones* Acta Nova Mus. Nat. Hung. 1, 1873, 16 n. 38, Tab. VII cum imagine albertotypica n. 38; DESSAU, *ILS* 3281; HAMPEL, *Jelentés Magyar Nemzeti Múzeum 1905*, 1906, 219/220 n. 5 tab. IV; NAGY M., *Lapidárium* 2007, 47/48 n. 36, cum imag. phot.

Tractaverunt, citaverunt: – BRELICH, vallásos in: *Laureae Aquincenses* I, Diss. Pann. 2.10, 1938, 56; NAGY T., Vallási *Budapest Története* I.2, 1942, 398 et 443 nota 125; ALFÖLDY, religiösen *Acta Arch. Hung.* 13, 1961, 105 nota 15; ALFÖLDY, vallási *Bud. Rég.* 20, 1963, 48 et 64 nota 15, ad hist. relig. – RITTERLING, helytartói - Legati *Arch. Ért.* s.n. 41, 1927, 65/66 n. 9.3; FITZ, *Verwaltung* 1992-1995, 526 n. 313,4; HAENSCH, *Capita* KF 7, 1997, 730 n. App. IV.II.5, ad hist. admin. provinc. – NÉMETH, Angaben *Aquincum Nostrum* II.3, 2005, ~~128,~~ ad loc. rep. et topogr. Aquinci. – *Budapest Története* I.1/2, 1942, Tab. XCVI im. phot. n. 3, ad hist. Aquinci. – NAGY L., Művészetek *Budapest Története* I.2, 1942, 608; K. SZABÓ, Gefässdarstellungen *Kunstschaffen* 2, 1991, 174 n. 34 et 180, cum imagg. phot. 14/15 (lat. sinistrum et dextrum) – v. 3: *Gemin(i)us,* ad hist. art.

Ad personam cursumque statutoris cf. et *PIR*² I 339: C. IVLIVS GEMIN(I?)VS CAPELLIANVS.

Ille statuit et titulos Aquincenses 43 = III 3419 et 91 = III 10421 cf. et 464 = AM 64.10.293, quae probabiliter eodem statutor prodiit.

Dedicata est inter aa. 157/158-160/161 cf. LŐRINCZ, in: *FPA* 2, 2004, 199 = LŐRINCZ, in: *FPA* 2, 2005 (vers. Brit.), 149.

Á. Sz.

LJMgrB49 Latin inscriptions in Pannonia

4.

271 tit. sacer

Ara e lapide calcario cum crepidine, cymatio, parte media, corona, 126x50x42. A tergo et in summo plana. Corona a tribus lateribus sculpta cum cymatio eadem latitudine, ima pars coronae et summa cymati est idem articulus. Angulus sinister partis superioris coronae defractus. In fronte anaglypha in margine angusto: in medio rosula, ad dextrum fasciculus palmulae. Et in parte defracta sinistro probabiliter fasciculus palmulae stetit. Cymatium quater articulatum. Infra pars media eadem est integre area tituli, 56x43,5. Facies areae tituli scalpro scabra, cavis naturalibus maioribus et minoribus laesa. Infra crepido a fronte quater, a lateribus semel articulatum, in parte ima ruditer scabra. Ima facies arae inaequalis. In area tituli titulus 7 versuum in medio ordinatus litteris pulchris et monumentalibus incisus: 6,5 (v. 1), 5,3-5,5 (v. 2), 5,5 (v. 3), 5,2-5,5 (v. 4), 5,5-5,7 (v. 5), 4,8-5,5 (v. 6). Nonnullis locis in incisionibus litterarum rubrica videtur. Inter verba et abbreviationes puncta triangularia deorsum directa, in fine v. 4 hedera. Reperta a. 1880 (cf. et *Egyetértés*, a. 1880 m. octob. d. 23) in cella Nemesei amphithetri urbani Aquincensis, apud parietem posticam cellae. Cf. et Torma, *amphitheatrum* 1881; Diner, Bericht *AEM* 7, 1883, 93-97 nn. 23-34; 267-280 = III 10439-10452; Torma, Amphitheater *AEM* 9, 1885, 233-237. Inde pervenit in Museum Nationale Hungaricum, inv.n. MNM 190.1890.2; im. phot. neg.: MNM R 3527; MNM Harl 2006 (0113 = *Lupa* 10005). Hodie ibidem in Lapidario sub n. 37, ubi descripsi a. 2005.

Nemesi
Omnipôtên-
ti Aug(ustae)
M(arcus) Ulpius
Zosimus
XII K(alendas) Sept(embres) Rus-
tico II êt Aquilîño.

Im. phot. a Harl facta

Edidit Torma, *amphitheatrum* 1881, 71/72 n. 1 - v. 7: AQVILÎN - *Aquilin(o)*; Diner, Bericht *AEM* 7, 1883, 93/94 n. 23 - v. 7: AQVILÎN; Kuzsinszky, amphitheatrum *Bud. Rég.* 3, 1891, 117 n. 1 (ex Torma); Domaszewski, III 10441; Dessau, *ILS* 3740 - v. 7: *Aquilino;* Nagy M., *Lapidárium* 2007, 48/49 n. 37 cum im. phot. Descripsit et I. Tóth, ms. ad vol. *RIU* 7, n. 235 - v. 7: <*co(n)s(ulibus)*>.

Tractaverunt, citaverunt: – Mócsy, Pannonia *RE* Suppl. IX, 1962, 732, 772, ad hist. provinc. – Mócsy, *Bevölkerung* 1959, 253 n. 186.33; Lőrincz, *OPEL* IV, 2002, 180 (nom. gent.), 191 (cogn.), ad hist. socialem. – Brelich, vallásos in: *Laureae Aquincenses* I, Diss. Pann. 2.10, 1938, 107; Nagy T., Vallási *Budapest Története* I.2, 1942, 403 et 445 nota 191; Alföldy, religiösen *Acta Arch. Hung.* 13, 1961, 107 nota 34; Alföldy, vallási *Bud. Rég.* 20, 1963, 50 et 64 nota 34 - citans Mócsy, 1959: *M. Ulpius Zosimus* fortasse fuit libertus, ad hist. relig. – Hampel, oltárok *Arch. Ért.* s.n. 29, 1909, 41/42 n. 34 descriptio cum imag. phot., ad hist. artium.

– 7/(8) Finis *COS* i.e. *co(n)s(ulibus)* dest. In crepidine nulla vestigia litterarum.

Familia vel patronus statutoris civitatem a Traiano acceperat. Secundum cognomen ex area linguae Graecae Aquincum venit.

Dedicata est a. 162 d. 21 m. Augusti (festa Consualia atque ludi circenses).

Á. Sz.

5.

1324. 1 km südlich vom Dorf in der Flur Főkút gefunden. – MNM (Inv.-Nr. 60.1965).
Altar aus Kalkstein. Einfacher Abakus, gegliedertes Gesims und Sockel.

H 59, B 19,5, D 16, Bh 2,6–1,6.

CIL III 3382. – RÓMER–DESJARDINS 80. – Topogr. VII, 13/3 lh.

Nymphis / perennibus / M(arcus) Val(erius) / Karus, / dec(urio) col(oniae) Aq(uinci), / IIvir / v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).



1324

1065

1065. Vom Bereich Paskum-dűlő, aus dem Weingarten des István Balázs. – MNM (Inv.-Nr. 71/1902.6).
Altar, mit hohem, unverziertem Abacus.

H 74, B 33, D 24, Bh 5,8–3,2.

J. HAMPEL, Arch. Ért. 26 (1906) 238. – ERDÉLYI–FÜLEP 337.

I(ovi) O(ptimo) M(aximo) / pro sal(ute) / ddd(ominorum) nnn(ostrorum) / Impp(eratorum) Augg[g](ustorum) / vicus Ca/ramantesi/um et villa.

6.

1. Suppl.

3499 Alt-Ofen in praefecturae atrio. Nunc Pestini in museo.

SILVANO · SILVESTRO· *sic*
P ·AEL·CAPITO·V·S·L·M
Silvanus
stans
IMP · AN · AVG · II · ET *sic*
ADVENTO · COS p. C. 218

Descripsi. Ed. Häufler *Skizzen* 3, 32.
3 numerus II abundat.

2. Suppl.

3486 basis ingens, rep. a. 1816 Vetero-Budae ad Danuvium; nunc in museo Pestinensi.

NEPTVNO
C · IVLIVS p. C. 145/160
urceus, securis, alia instrumenta sacra GEMINVS *patera*
CAPELLANVS
5 LEG · AVG · R · R

Descripsi. Acta Mus. Hung. 1,216 (inde Henzen 5666 cum add.); Köppen misit Schneidero. Cf. n. 3419 et diplomata duo Pii, in quibus nominatur idem legatus Pannoniae.
3 GEMINVS est in lapide, non GEMINTVS, ut ait Borghesius apud Henzenum annal. 1855 p. 26, ubi vide.